

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

4. An sine scandali peccato possum redimere vexationem injustam in administratione sacramentorum præbendo pecunias? Idem est pro audiendo in die festivo, & ministrande Eucharistia, &c. Et an hoc sit ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

## RESOL. IV.

explicari non possit sine passio; vel quia damnatur in se valde diuersa, ex quorum diuersitate sumuntur etiam diuersitas scandali actiui. Quamvis enim omnia scandala sint contra charitatem, tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni ilaci. Scandalum enim actiuum, quo Antonius est in causa, vt Franciscus furetur, differt specie à scandalo actiuo, quo illum mouet ad homicidium propter diuersitatem specificam homicidij, & furti. Quidem modum furtum species differt à detractione famae, & utrumque ab homicidio, quamvis omnia sint contra iustitiam, quia eadem virtus iustitiae interdicit plura obicit, & inter se tam distantia, vt constituant diuersitatem specificam moralis. Nec enim facis est dicere te fuisse iniustum in materia graui, sed opus est dicere, an in fortunis: an in fama: an verò in vita. Idem patet in intemperantia, explicandum enim est, an sit in luxuria, & in hac explicanda sunt species, an si moliasses, an sodomia, an forniciatio simplex? quia species sunt distinctæ intra luxuriam contra castitatem. Item explicanda est intemperantia ebrietatis, item & cibi superflui, differt enim specie potus inebriante, & cibus satians. Idem patet in Religione, est enim explicanda circumstantia loci facii, & persona sacra. Percutere enim Clericum, diuersa irreligio est, ac percutere laicum in templo. Item peccare cum Sanctimoniali, est diuersa irreligio, ac uti propria vxore in templo. Item violace imagines est diuersa irreligio, ac conculcare Christi corpus. Ita Hurtadas vbi supra, cui ego libenter adhaereo.

## RESOL. III.

An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali?  
Et in casu, quo times à te alios scandalizatis esse, teneris in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccati? Ex part. 5. tractat. 7. Ref. 3.

**R**espondeo plures coram aliis peccantes exculari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis visus censeatur ad peccatum moueri; vel ita sunt fideliter perditi, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Ita Salas tom. 1. in part. 2. tract. 7. diff. 3. sect. 4. n. 8. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 7. Alfonius de Leon vbi infra n. 24. Castrus Palauus tom. 1. tract. 6. diff. 6. punct. 2. n. 4. Et id Sancius in selectis diff. 46. num. 11. optime notat, quod à scandali peccato excusantur plurimi, quod vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt vt ab illis de praetendo exemplo nihil curret, nec inde argumentum sumatur ad libertus vitis vacandum; vel de eo curantes ita ad peccandum faciles atque inclinati sunt, vt non censeatur moralis error inductio.

2. Notandum est verò hinc unum, quod plurimi miserabilem nolunt intelligere, videlicet in casu quo timores à te alios scandalizatis esse, teneris in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum, v.g. Meo malo exemplo scandalizauit tota personas inducendo talia peccata, aliter non satisfacit. Ita Fillius tom. 2. tr. 28. cap. 6. n. 226. Sylvius in 2. 2. g. 43. art. 3. concl. 2. Castrus Palauus vbi sup. punct. 4. n. 3. & Bonacina de peccatis disputat. 2. g. 4. punct. 2. numer. 42. vbi citat Sanchez: quibus etiam addit Molephsum in summa, tom. 1. tract. 8. cap. 10. numer. 1. & Leonem de offic. Confess. tom. 1. recollect. 14. numer. 9. & 10. & ratio iam ex Hurtando posita est in superiori resolutione.

Tom. VII.

*An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum prebendo pecunias?*

*Idem est pro audiendo Sacro in die festivo, & ministranda Eucharistia, &c.*

*Et an hoc sit Symonia?*

*Et an in aliquo casu, v.g. infantis moritur sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneri?*

*Et late explanatur in quibus aliis diversis casibus hoc licite posse fieri, si adsit necessitas grauis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 16.*

**S. I.** **N**egatiuè respondet D. Thom. in 3. diff. 5. <sup>Sup. hoc lego doctrinæ</sup> quest. 2. art. 2. questione 5. ad 2. Paludanus <sup>ad 2. Paludanus</sup> quæst. 3. num. 17. Marsilius quæst. 4. art. 4. dub 14. Scōletus diff. 15. quæst. 2. ad 2. Gabrieł ibidem q. vii. art. 2. annotatione post 2. concl. Alexander de Ales 2 part. q. 187. num. 3. <sup>conuentum</sup> art. 3. §. 1. & alii penes Vafquez opus. de scandalo, <sup>hucus Ref.</sup> quæst. 43. art. 8. dub. vlt. num. 59. afferentes non esse licitum pecuniam offerre; vt administretur sacramentum Baptismi existenti in extrema necessitate; quia emere Sacramentum intrinsecè malum est, ac proinde ex nulla circumstantia etiam succurrendi extremae necessitatis licite fieri potest. Et virgetur magis argumentum, quia in hac oblatione pecuniae non tantum scandalizatur frater accipiens illam, sed etiam est peccatum simoniae, quia in ipsa oblatione pecuniae emititur Sacramentum, quod tam simoniacum est, quād ipsum vendere.

2. Veūn his non obstantibus, ego puto posse <sup>Sup. hoc in</sup> licite offerre pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare sine pretio, imd si alia ratione non potest illi persuaderi administratione Sacramenti, nisi pecunia oblata, adest obligatio illam offerendi. Et ratio est, quia id non est scandulum, quia ego tem peto quæ potest fieri bene & male, occasio nein autem non do ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex puramalitia, quam ego non tenor vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de viurario dictum est: neque item peccato contra Religionem, quia ego vel confuso minus malum, quod in nullo euentu est illicitum, neque contra virutem villam, quando grauius non potest alia ratione vitari; vel quia ego non aestimo Sacramentum pecuniae, neque illam de pro Sacramento, sed præcile volo allucere voluntatem iniqui ministri vt veluti mihi conferre Sacramentum. Cū autem illa oblatio non sit absoluta, sed tantum conditionalis, nempe ex suppositione quod ille a iter nolit, non possum ego dici illum inducere: ergo illa actio non aestimat Sacramentum pecuniae, sed tantum vult allucere pecunia voluntatem ministri, vt me Sacramento tingat, aut soluat peccatis, quæ Sacramenta ego censeo non aestimari pecuniae, neque pro illis eam do, sed pro sola voluntate Ministri.

3. Quod autem in tali casu non solum licitum sit offerte pecuniam, vt probatum est, sed deberi, pater, nam ex oblatione pecuniae nullum sequitur incommodum, ex ea negata sequitur tantum incommodum, vt ego illud teneat vitare, etiam cum vita discrimine, quia eo ipso quod assentiens opinioni probabili offram pecuniam, sum immunis peccato scandali & simoniae, quia illa opinio probabilis me excusat. Oblata autem ea pecunia infantem eripio ab æterna damnatione, negata autem pecunia infans relinquitur dñan dus æternus. Ergo teneor hoc incommodum evitare, si quidem sine incommodo possum. Lex enim charitatis me obligat quoties sine incommodo possum.

E e 2 Et

Et hanc opinionem ex D. Bonavent. in 4. diss. 5. art. 2. §. 1. in fine, docet Hurtado de Mendoza in 2. 2. dis. p. 173. scilicet 17. §. 111. & seqq. quibus adde Basilius Pontium de matrimonio, lib. 5. cap. 18. §. 6. num. 32. Lessius lib. 2. cap. 35. num. 38. & 39. Suarez de Relig. tom. I. lib. 4. de simonia, cap. 12. n. 23. Valquez opif. de scandalo art. 8. num. 59. & alios.

4. Vnde ex his appetet posse adulsum offerre pecuniam Sacerdoti, ut illi administret Sacramentum Eucharistiae & Penitentiae, quia petit rem possibilem fieri bene, quae si male fit est propter malitiam Ministri, quam ego non teneo vitare cum graui meo incommmodo, neque item Sacramentum emo, neque

Sup. hoc ex doctrina Ref. not. præteritæ, in fine, & vers. Vnde, & magis late, in tom. 5. tr. 7. Ref. 14. §. vit.

etiam pecunia, sed tantum illa oblatio voluntatem Ministri. Et quidem durum est hominem cogere, ut moriatur cum tanto discrimine salutis æternæ, est enim maximè incertum utrum exerceamus contritionem perfectam, quia in hominibus flagitiosis est frequenter maxime difficultis, attritio vero est multo facilius, ut maximè momentum est nihil occasionis prætermittere ad securitatem salutis æternæ. ergo, &c.

5. Notandum est tamen hic pro curiosis, quod licet Suarez hanc doctrinam admittat tantum in grauissima necessitate, tamen Hurtado ubi supra, §. 224. illam admittit etiam in quacumque\* graui necessitate, quia ubi est graui necessitas, exculciamur à vitanda occasione scandalii aliorum ex malitia; item illa actio non est emptio Sacramentorum, ab illa autem externa donatione excusamur necessitatibus grauitate, ob quam non cõmititur simonia. Vnde quoties obligat præceptum annuæ confessionis & communionis Eucharistiae, possimus offere pecuniam ut alliciamus voluntatem Ministri eorum Sacramentorum. Item ad accipiedum viaticum, & extremam Vnctionem: quamvis enim illa Sacraenta non sint necessaria ad salutem, sunt tamen vitissima, illisque carece est grauissima calamitas. Item quoties aliquis est in peccato mortali, potest pecuniam offerte Sacerdoti ut illum absoluat, si ea die non sit habiturus alium, à quo absolvatur sine pecunia, est enim grauissima necessitas, quia est grauissimum malum ire cubitum in peccato mortali: multi enim fani cubant, neque viui surgunt è lecto. Item si Sacerdos priuaret aliquem frequenti vnu Sacramentorum & Missæ sacrificio, liceret tunc illum pecunias allicere, quia est grauissimum malum Sacramentorum subdilius carece. Item quoties aggredimur iter longum carituri Sacerdotibus. In modo quoties obligat præceptum Ecclesiasticum de audiendo Sacro, est enim grauissima necessitas obseruandi leges Ecclesia. Si vero quis sit excommunicatus, & ei a Sacerdote negetur iniustè, neque possit sine grauissimo incommode spirituali, aut temporali differti, potest ea vexatio redimi. Denique id licitus est in omni graui necessitate. Hæc omnia Hurtado loco citato. Verum, quia non vult esse harum opinionum primus author, ideo relinquit illas temporis maturandas, ut facio etiam ego.

### RESOL. V.

*At sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel virne parentes turbentur?*

*Et virum opera consilii dimittenda sint propter scandalum ex malitia, aut ob scandalum ex infirmitate semel, aut iterum?* Ex part. 5. tractat. 7. Resol. 23.

§. 1. **A**d hoc dubium respondet Valentia tom. 3. diss. 3. quaff. 18. punt. 4. vbi sic ait. Tercio sequitur debere etiam ad vitandum scandalum in armorum differri quoque ingressum Religionis, ut v.

g. si aliqui in saeculo autoritate & conuersatione cuius grauis & p[ro]ij vii in officio contineretur lapilli alioqui facilè in aliqua peccata illo ab eis diffringatur & Religionem ingrediente, tenere utrum differe ingresum, quandoquidem fine peccata posset: tamen teneretur perpetuè à Religionis ingressu abstinerere, ut recte lentit D. Thomas art. 7. ad 4. ratione esset grauissimum detrimentum spirituale. Nihil forte sequetur alioqui grauissimum & commune scandalum in fide, aut moribus alicuius totius communatis; tunc enim putatum durante pericolo talis scandalum non posse ingredi, nam ad tuncduum commune strictissime tenetur etiam cum quocunque detimento spiritualis boni ad salutem non recessari, & cum vita quoque corporalis ceno difficultate. Ita Valentia. Vide etiam Sayrum in Clas. Regia lib. 7. cap. 6. à num. 8. & Hurtado de Mendoza 2. 2. dis. p[ro]nt. 173. scilicet 21. §. 249. vbi fuit docet. Utrum opera consilii dimittenda sint propter scandalum. De quo etiam vide Suarez dis. 10. fid. 4. n. 3. Lorcam in 2. 2. question. 43. art. 8. numer. 11. Secundum in select. dis. 37. numer. 10. docentem ab operibus consilii non esse abstinentiam ob scandalum ex malitia, at ob scandalum ex infirmitate, tamen, aut iterum. Vnde Malderus in 2. 2. question. 4. art. 7. assert[er]it, ne parentes turbentur ad tempus quidem recte differti ingressum Religionis, non omnino omitti.

### RESOL. VI.

*An Clerici incidentes per civitatem in diebus Bachinalibus personati, vulgo Mafcharati, peccent mortaliter peccato scandalis?*

*Et an etiam non solum Clerici, sed etiam Religionis incidentes personati recreations causa minorre non peccent, neque quoad rationem scandalis, neque quoad preceptum iuris habitum Perpetuum illis prohibens, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus; neque quoad latinarum larvarum?*

*Et docetur, quod venatus ex suis materia omnibus licita etiam Ecclesiasticis, quibus interdicuntur tantum illa, que est clamorosa, & effusa, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici precepti, nec ratione scandalis, dimissa raro fiat. Ex part. 10. tractat. 13. & Miss. 7. Ref. 29.*

§. 1. **N**egatiu[m] respondet Pater Vidal in Ars Theologiae moral. tit. de statu Ecclesiastico, inquis. 1. num. 18. & seqq. vbi ponit, & probat, quod ex nullo iure communi Canonico interdictum est dignoscitur Clericis sub culpa mortali ludum latalem, Ita deducitur à iure ipso Canonico. Ratio est, quia in iure Canonico nullus exp[re]s texus repertus prohibens Clericis sub mortali ludum latalem, & à Doctotibus nullus affligatur: ergo in iure exp[re]s non prohibetur Clericis ludum latarum. Näm alias extaret in iure talis texus. Id est Clerici perfoniati incidentes lethali non peccant contraria ins præceptuum talium ludum sub culpa mortali illis interdicens. Ex hoc inferit quod Clerici incidentes personati modestè cum debitis circumsstantiis mortiferè non peccant peccato scandali. Ratio est, tum quia tali modo latrati incendendo non prebent alijs occasionem eorum exemplo mortalis ruina, tum quia ex levitate mateiæ non infingunt græve scandalum; tum quia ob vsum, & contumaciam iniquam, quæ vbiue vigerit, ut Clerici perfoniati aliquando